



BOLETÍN ECLESIAÍSTICO

DEL

OBISPADO DE SALAMANCA

SUMARIO

- I. Circular sobre Ejercicios espirituales del Clero.—II. Nombres de Arciprestes y Tenientes de Arcipreste.—III. *Collatio moralis pro mense Junii*.—IV. Decretos de la S. R. Univ. Inquisición.—V. Idem de la S. Penitenciaria.—VI. Resoluciones de la S. C. de Ritos.—VII. Aviso sobre Santa Visita.—VIII. Aviso sobre exámenes de latín.—IX. Noticias sobre la salud del Excelentísimo é Ilmo. Prelado.
-

SECRETARÍA DE CÁMARA

CIRCULAR SOBRE EJERCICIOS ESPIRITUALES

Habiendo expuesto el Ilmo. Cabildo Catedral á nuestro Excmo. Prelado su deseo de que por este año, al menos, hubiese una tanda de ejercicios espirituales en la primera decena de Julio, para practicarlos entonces los señores á quienes varias circunstancias les impiden hacerlos en la época acostumbrada, S. E. I., accediendo gustosamente á tal petición, se ha dignado disponer:

1.º Que sean tres las tandas de ejercicios, principiando la primera el 2 de Julio al toque de oraciones, para terminar en la mañana del 10, y las otras dos del 16 al 24 de Agosto y del 27 de Agosto al 4 de Septiembre.

2.º Que á fin de que sea igual el número de asistentes á las tres tandas, concurren á cada una y de cada arciprestaz-

go, el número de Sacerdotes que se consigna en el estado que se pone á continuación de esta circular.

3.º Los Sres. Arciprestes designarán quiénes han de ser los Sres. Sacerdotes que de su distrito hayan de venir á cada tanda, y procurarán, *en cuanto sea posible*, incluir á cada uno en la que mejor le convenga, para lo cual pueden los señores interesados exponerles su deseo ó particular conveniencia.

Los Sres. Arciprestes formarán las listas para las tres tandas y las enviarán á la Secretaría del Obispado antes del 26 del corriente Junio.

Salamanca 1.º de Junio de 1900.

DR. PEDRO GARCÍA REPILA
Secretario.

ASISTENCIA A LOS SANTOS EJERCICIOS

ARCIPRESTAZGOS	Sacerdotes que asistirán á las tandas		
	1.ª	2.ª	3.ª
Alba de Tormes.....	8	8	8
Arapiles.....	5	6	5
Armuña Alta.....	4	5	5
Armuña Baja.....	5	6	6
Cantalapiedra.....	4	5	4
Ledesma.....	8	9	9
Linares.....	6	6	7
Peña de Francia.....	7	8	7
Peñaranda.....	7	7	7
Ribera.....	4	4	5
Rollán.....	4	5	4
Salamanca. } Catedral.....	12	7	7
	De las demás iglesias....	13	14
Salvatierra.....	5	5	5
Tavera.....	5	4	4
Valdejimena.....	2	2	2
Valdevilloria.....	4	5	5
Valdoble.....	5	5	5
Villarino.....	5	4	5
Vitigudino.....	7	7	7
TOTAL.....	120	122	121

SECRETARÍA DE CÁMARA

Vacantes en varios distritos los cargos de Arcipreste ó Teniente de Arcipreste, y debiendo introducirse además alguna variación que el mejor servicio aconseja, S. E. I. el Obispo, mi Señor, ha dispuesto que desempeñen estos cargos, hasta nueva orden, los señores siguientes:

ARCIPRESTAZGOS

ARCIPRESTES Y TENIENTES

Alba de Tormes.	Arcipreste, D. Luis García de Ávila, Párroco de Valdecarros.
Arapiles "	Teniente, D. Blás Pérez Sánchez, id. de Martinamor.
Armuña "	Arcipreste, D. Pablo Sánchez Martín, id. de Calbarrasa de Arriba.
Armuña Alta	Teniente, D. Anacleto Santos, id. de Santo Tomé de Rozados.
Armuña Baja	Arcipreste, D. Francisco Antonio López, id. de Parada de Rubiales.
" "	Teniente, D. Celestino Hernández, id. de Castellanos de Moriscos.
Cantalapiedra	Arcipreste, D. Antonio Díez Fermoselle, id. de Calzada de Valdunciel.
Ledesma "	Teniente, D. Patricio Pereña, id. de Villares de la Reina.
" "	Arcipreste, D. Pedro Pascual Herrero, id. de Cantalapiedra.
Linars "	Teniente, D. Andrés Almeida, id. de Cañizal.
" "	Arcipreste, D. Eugenio Leonardo López, id. de Ledesma (Santa María la Mayor).
Peña de Francia	Teniente, D. Matias Arnés, id. de Villasdardo.
" "	Arcipreste, D. Francisco del Canto, id. de Frades de la Sierra.
Peñaranda "	Teniente, D. Nicolás Cañedo, id. de Vecinos.
" "	Arcipreste, D. Manuel Antonio Albarrián, id. de San Martín del Castañar.
" "	Teniente, D. Antonio López Gómez, id. de Cereceda.
" "	Arcipreste, D. Onofre González, id. de Peñaranda.

ARCIPRESTAZGOS

ARCIPRESTES Y TENIENTES

- Peñaranda
- Ribera
- "
- "
- Rollán
- "
- Salamanca
- Salvatierra
- "
- Tavera
- "
- Valdejimena
- "
- Valdevilloria
- "
- Valdoble
- "
- Villarino
- "
- Vitigudino
- "

- Teniente, D. Pedro Villoria, id. de Santiago de la Puebla.
- Arcipreste, D. José Pérez Vicente, Párroco de Vilvestre.
- Teniente, D. Juan Bautista Blázquez, Ecónomo de Aldeadávila de la Ribera
- Arcipreste, D. Nicolás Alvarez Hernández, Párroco de Canillas de Abajo.
- Teniente, D. Crispín Candelas, id. de Florida de Liébana.
- Arcipreste, el M. I. Sr. Provisor y Vicario General.
- Arcipreste, D. Antonio Manuel Fiz, Párroco de Casafranca.
- Teniente, D. Serafín Serrano, id. de Campillo de Salvatierra.
- Arcipreste, D. Pedro Sánchez, id. de Carnero.
- Teniente, D. Miguel García Vicente, id. de Matilla de los Caños.
- Arcipreste, D. Isidoro Maldonado Olmos, id. de Galinduste.
- Teniente, D. Domingo Díez Fermoselle, id. de Horcajo Medianero.
- Arcipreste, D. Santiago Sesmilo, id. de Aldearrubia.
- Teniente, D. Cayetano Hernández Malmierca, id. de Cabrerizos.
- Arcipreste, D. Eustaquio Vicente Boyero, id. de Tamames.
- Teniente, D. Andrés Juanes, id. de Muñoz.
- Arcipreste, D. Marcos Hernández Ramos, id. de Villarino.
- Teniente, D. Francisco Marcos, Ecónomo de Ahigal de Villarino.
- Arcipreste, D. Antonio González, Párroco de Yecia.
- Teniente, D. Domingo Rodríguez Encinas, id. de Peralejos de Arriba.

Solamente los nuevos Sres. Arciprestes habrán de presentarse al Sr. Provisor y Vicario General, antes de entrar á desempeñar su cargo, para hacer la profesión de Fe y prestar el juramento de *munere recte obeundo*, al tenor de lo dispuesto en el Sinodo Diocesano.

Salamanca 30 de Mayo de 1900.

DR. PEDRO GARCÍA REPILA,
Maestrescuela-Secretario.

COLLATIO MORALIS PRO MENSE JUNII

QUÆSTIO DOCTRINALIS

Utrum teneatur semper restituere ille qui accepit? D. Th.
2.^a 2.^{ae}, q. LXII, a. 6.

CASUS CONSCIENTIÆ

Crescentia, monialis, solemnem professionem emissit quodam monasterio Ordinis Seraphici tradendo pro dote quinque milia libellarum ex furto provenientium, sed nihil de hoc declarans, quare monasterium talem dotem accepit ac possedit bona fide, usque dum Crescentia, scrupulis plena, furtum declaravit Abatissae post quindecim annos a professione et dum libellarum dominus adhuc in eadem regione vivit. Abatissa enim consilio agere cupiens totam rem fideliter proponit confessariis ordinario et extraordinario Communitatis, quorum primus, re mature perpensa, decernit posse monasterium retinere tuta conscientia talem dotem, sin minus, titulo praescriptionis: secundus vero judicat restituendum esse, tum quia res ubicumque sit semper clamat domino suo, tum quia pro praescriptione ab initio desit bona fides in Crescentia quae jam a professione partem Communitatis constituebat.

Quaeritur 1.^{um} Quid est praescriptio et quaenam conditiones ad eam requiruntur?

2.^{um} Quid de casu?

DE RE LITURGICA

Ad quos infirmos defferendum est viaticum? Quaenam paranda, tan in Ecclesia quam in domo infirmi. Caeremoniae observandae in ejus delatione et administratione?

E S. R. UNIV. INQUISITIONE

Dubium circa S. Ordinationem.

Beatissime Pater:

Titius Sacerdos, durante S. Ordinatione presbyterali antequam Episcopus inciperet formulam praescriptam pro tactu instrumentorum, quum animadvertisset se non tangere hostiam, conatus est illam attingere; sed ob talem conatum, seiunxit manum a calice, dum integra formula proferebatur, nec tamen hostiam attingere potuit. Insuper, propter supra expositum manus conatum, *seiunxit etiam patenam a calice*, tali modo quod *probabiliter* coactus fuit etiam Episcopus ordinans ad sublevandam eandem patenam, ita ut non amplius haberetur unicum compositum morale inter patenam et calicem, qui totaliter fuerant separati.

Itaque, ad S. V. pedes provolutus, humiliter quaerit quid sit agendum.

Feria IV, die 17 Ianuarii 1900

In Congregatione Generali S. R. et U. Inquisitionis ab E. mis ac R. mis DD. Cardinalibus in rebus fidei et morum Generalibus Inquisitoribus habita, propositis suprascriptis precibus, praehabitoque RR. DD. Consultorum voto, iidem E. mi R. mi Patres respondendum mandarunt:

Acquiescat (1).

Sequenti vero feria VI, die 19 eiusdem mensis Ianuarii, in solita audientia SS. mi D. N. Leonis Div. Prov. Pp. XIII ab Adsesore S. Officii habita, SS. mus D. N. resolutionem EE. ac RR. Patrum adprobavit.

I. Can. MANCINI S. R. et U. Inquisit. Notarius.

(1) Ex quo responso patet tactum mediatum esse validum, validamque coniunctionem moralem inter materiam et formam.

De celebranda Missa super altaribus consecratis sine reliquiis Sanctorum.

In Relatione status Ecclesiae Nichteroyen., seu Petropolitanae, exhibita S. C. Concilii, sequens postulatam ad S. Rituum Congregationem transmissum reperitur: nimirum.

„An tolerari possit ut Sacrificium Missae celebretur super lapides altarum etiam ecclesiarum parochialium praecedenti saeculo, vel etiam saeculo decimosexto consecratos sine sepulchro et sacris Reliquiis Sanctorum a Missionariis vel antiquioribus Episcopis? Sunt qui affirmant antiquis illis temporibus habuisse Missionarios Americae Meridionalis privilegium consecrandi altaria portatilia seu lapides ad Sacrificium sine Ss. Reliquiis.,

Feria IV, die 17 Ianuarii 1900

In Congregatione Generali ab E. mis ac R. mis DD. Cardinalibus in rebus fidei et morum Inquisitoribus Generalibus habita, propositum praefatum dubium quod ad hanc Supremam Congregationem resolvendum transmissum fuit, praehabitoque RR. DD. Consultorum voto, iidem Emi. ac Rmi. Patres respondendum mandarunt:

Curet Episcopus, ut ritu praescripto in altaribus collocentur Sanctorum Reliquia: et interim, in casu, tolerari potest usus celebrandi in praedictis altaribus (1).

(1) Hoc dubium fuit transmissum S. Officio pro solutione, quia in *Collectanea* edita a S. C. Prop. Fidei, sub. n. 825 reperitur sequens concessio facta a S. Officio, Missionariis Tunchini:

Far. IV, die 14 maii 1681.—I. Num possint consecrari altaria portatilia sine reliquiis Sanctorum?—Prima ratio dubitandi est quia ut in Tunchino fervet persecutio, multa iam altaria ab infidelibus capta execrata sunt, sacrae reliquiae conculcatae. Secunda ratio quia si adeo crassa fiant et... ut in eis reliquiarum sepulchrum possit incidi, maior creabitur molestia iis qui sacram suppellectilem ab uno in alium locum transportant, nam in Tunchino tum missionarii apostolici, tum indigenae parochi, raro in uno pago tres quatuorve dies subsident, sed quotidie ferme post celebratum Sacrum ab uno plerumque ante lucem in alium pagum emigrant. Tertia, quia data

Sequenti vero feria VI, die 19 mensis Ianuarii in solita audientia SS.mi D.ni N.ri Leonis Div. Prov. Pp. XIII ab Adessore S. Officii habita, SS.mus D. N. resolutionem EE. ac RR. Patrum adprobavit.

I. Can. MANCINI S. R. et U. Inquisit. Notarius.

De matrimonio contracto ab infideli converso, ommissa interpellatione quoad priorem uxorem

Beatissime Pater:

Curatus quidam Dioecesis N., ad S. V. pedes provolutus, sequentem casum exponit:

Titius, iudaeus, in infidelitate matrimonium contraxit cum muliere pariter infideli, a qua, dato libello repudii, in forma legali divortii sententia liberatus est. Quo facto, cum catholica Berta amores fovit, cum qua, postquam eadem ad hoc se coram magistratu civile *absque confessione* declaravit, civile consortium iniiit anno 1887, quale matrimonium juxta leges civiles validum reputatur.

Conscientiae morsibus ob defectionem suam a fide pressa, Berta in id intendit ut pseudo-virum suum ad fidem amplectendam permoveret, cum ex occasione cuncta facile componi posse Curatus ipsi exposuisset. Revera anno 1892 Titius baptizatus est, eodemque die matrimonium inter ipsum Titium et Bertam, quae item Ecclesiae reconciliata est, in facie Ecclesiae celebrabatur, coram eodem Curato, qui tunc prioris matrimonii Titii in infidelitate contracti vinculum ex oblivione plane neglexit. Nunc autem ex simili casu, in quo ipsi

est facultas celebrandi in altari sine reliquiis; ergo illud sine reliquiis consecrandi, quod si nondum concessum sit, petitur ut concedatur.—Responsum fuit: Attentis motivis deductis, supplicetur SS.mo pro dispensatione. EE.mi adprobarunt votum praedictum DD. Consultorum.

Uti patet, in postulato Rmi Ordinarii Nicteroyen. non verificantur rationes necessitatis uti in casu pro Tunchino. In Brasilia enim non urgent persecutiones, et hierarchia ecclesiastica ubique instituta reperitur.

N. D.

interpellatio coniugis infidelis demandata fuerit, dictus Curatus erroris sui memor factus, defectum reparare studuit. Inquisitione enim facta, rescivit, priorem coniugem iudaeam adhuc vivere in loco N.; ast nec fidem amplecti velle, nec cuicumque interpellationi responsum dare, cum matrimonium suum ex lege civili legitime solutum et alterum a Titio cum Berta coram magistratu civili initum pro valido reputet.

Proinde dictus Curatus humillime petit, ut ex Apostolicae Sedis venia ab interpellatione coniugis infidelis in casu dispensetur, matrimoniumque inter Titium et Bertam, ut supra in facie Ecclesiae post Baptismum viri initum, in radice sanetur.

Et Deus, etc.

Feria IV, die 17 Januarii 1900

In Congregatione Generali S. R. et U. Inquisitionis ab EE. ac RR. DD. Cardinalibus in rebus fidei et morum Inquisitoribus Generalibus habita propositis antedictis precibus, praehabitoque RR. DD. Consultorum voto, omnibus rite accurateque perpensis, iidem EE. ac RR. Patres respondendum mandarunt:

Dummodo constet ex processu saltem summario, mulierem nullum responsum dare voluisse, matrimonium contrahi posse, et ad mentem.—Mens. est in hoc casu non dari locum dispensationi in radice: nam adhuc viget prius matrimonium in infidelitate contractum; quod non dissolvitur, nisi quando post conversionem et interpellationem inutiliter factam, novum ac validum contractum fuerit matrimonium (1).

(1) Ex hac responsione, firmanur sequentia principia relate ad Privilegium Paulinum, scilicet: 1. Ut adhiberi possit, necessario fieri debet interpellatio quoad partem quae in infidelitate remanet.—2. Quoties haec interpellatio impossibilis est aut inutilis, requiritur dispensatio S. Sedis.—3. Haec autem dispensatio non conceditur nisi quando impossibilitas aut inutilitas interpellationis demonstratur ex processu saltem summario.—4. Matrimonium inter infideles contractum, non solvitur vigore huius privilegii, nisi

Sequenti vero feria VI, die 19 eiusdem mensis Iannuarii, in solita audientia SS.mi D.ni N.ri Leonis Div. Prov. Pp. XIII ab Adessore S. Officii habita, SS.mus D. N. resolutionem EE. ac RR. Patrum adprobavit.

I. Can. MANCINI S. R. et U. Inquisit. Notarius.

Denegatur sanatio in radice unioni concubinariae et dein civili, inter catholicam et acatholicum, in qua, ante unionem civilem, sponsus evaserat impotens.

Beatissime Pater:

Bertha catholica Archidioeceseos M. soluta, cum Titio acatholico pariter soluto, ex quinque circiter annis in concubinato fide praestita et cum affectu maritali vivens, novissime, nempe die mensis septembris anni 1898, cum eo matrimonium, quod vocant civile, coram magistratu civili iniit. Ex ista coniunctione duae proles exortae sunt, quarum altera die 29 m. septembris 1894 nata catholice et baptizata est et educata, altera, die 29 m. martii 1896 nata, paucis septimanis post nativitatem decessit.

Parocho dictae Berthae vehementer allaborante ut ad validum et licitum matrimonium adducatur, tandem res in eo est ut dispensationi super religionis mixtae impedimentum, praemissis debitis cautionibus, jam locus per se esse posset, nisi impedimentum perpetuae impotentiae intercessisset, ex eo proveniens, quod dictus Titius mense junio 1896 (i. e. duobus annis ante celebrationem matrimonii civilis) operatione chirurgica utroque teste privatus existit. Restare solum videtur, ut ad dispensationem in radice conjunctionis petendam

quando pars conversa novum de facto contraxit matrimonium.—5 Quando igitur non obtenta fuit dispensatio super interpellatione, nequit concedi sanatio in radice, sed matrimonium debet iterum celebrari.

(Versio Not. Monit. Eccl.)

confugiatur. Revera intentio, seu consensus matrimonialis non defuit, nec saltem post contractum civile matrimonium extrinseca species matrimonii deest, adeo ut dictae partes pro conjugibus communiter habeantur. Cum per sanationem saluti animae resipiscentis et legitimitati prolis superstitis provideatur, denegata vero sanatione separatio minimo fieri posset et gravissima scandala pertimescenda forent, ideo preces mulieris catholicae pro obtinenda gratia enixe commendamus.

Feria V, loco IV, 8 Martu 1900

In Congregatione Generali S. R. et U. Inquisitionis, ab Emis ac Rmis. DD. Cardinalibus in rebus fidei et morum Generalibus Inquisitoribus habita, propositis suprascriptis precibus, praehabitoque RR. DD. Consultorum voto, omnibus rite diligenterque perpensis, iidem Emi. ac Rmi. Patres respondendum mandarunt:

In casu exposito sanationem in radice concedi non posse, et ad mentem. Mens est quod cum matrimonium revalidari nequeat, putati conjuges illico separari deberent. Si vero hoc moraliter impossibile sit, saltem adhibitis cautelis sub eodem tecto cohabitent uti frater et soror. Quod vero ad canoncam prolis legitimationem, eam per rescriptum Principis rite expediendum concedi posse.

Sequenti vero feria VI, die 9 eiusdem mensis et anni, per facultates Emo. ac Rmo. Dno. Cardinali S. Officii Secretario concessas, SSmus. D. N. Leo Div. Prov. Pp. XIII resolutionem Emorum ac Rmorum. Patrum adprobavit.

I. Can. MANCINI S. R. et U. Inquisit. Notarius.

Iteretur secreto sub conditione Ordinatio in qua, ex inadvertentia, calix traditus fuit absque vino.

Beatissime Pater:

Episcopus N. N., ad pedes S. V. provolutus humiliter exponit:

Nuper, in collatione generali Ordinum, sabbato Quatuor

Temporum Adventus, accidit ut presbyteris ordinandis traditus sit, una cum patena et hostia, calix *absque vino*, ex mera Caeremoniariorum inadvertentia. Res processit omnibus nesciis, nec nisi vespere nota fuit, quum iam recessissent omnes ordinati, qui nec hodie defectum suspicantur.

Quare humiliter orator anceps quaerit:

I. An possit acquiescere?—Et quatenus negative.

II. Quid agendum in praxi?

Et Deus, etc.

Feria IV, die 11 Ianuarii 1899.

In Congregatione generali S. R. et U. Inquisitionis, habita ab EEmis ac RRmis DD. Cardinalibus in rebus fidei et morum Generalibus Inquisitoribus, propositis suprascriptis dubiis, praehabitoque RR. DD. Consultorum voto, iidem EE. ac RR. Patres respondendum mandarunt:

Ad I. et II. Ordinationem esse iterandam ex integro sub conditione et secreto quacumque die, facto verbo cum SSmo. ut suppleat de thesauro Ecclesiae, quatenus opus sit, pro Missis celebratis a sacerdotibus ordinatis ut in casu.

Feria vero VI, die 13 eiusdem mensis et anni, in solita audientia R. P. D. Adessori impertita, facta de his omnibus SS.mo D. N. Leoni Div. Prov. Pp. XIII relatione, SS.mus resolutionem EEmorum. Patrum adprobavit et gratiam concessit.

I. Can. MANCINI S. R. et U. Inquisit. Notarius.

E SACRA POENITENTIARIA

Benedictio Apostolica in fine concionum, durante jubilaeo dari potest et lucrari pro Defunctis

Bme Pater,

N. N. ad S. V. pedes provolutus, summa reverentia exponit: Missionarios hujus Congregationis facultate gaudere Benedictionem Apostolicam cum Indulgentia Plenaria fidelibus

impertiendi post spiritualia exercitia et missiones ab ipsis. datas; quae facultas clare non perspicitur an teneat locum in praesenti Jubilaei anno. Hinc ut Missionari recte se gerant in praedictae facultatis usu, Orator humiliter implorat sequentis dubii solutionem:

Utrum Missionarii praedicti facultate dandi Christifidelibus Benedictionem Apostolicam cum Indulgentia Plenaria conjunctam in fine suarum missionum et exercitiorum spiritualium, rite uti necne possint hac facultate, perdurante hoc Anno Sancto seu Jubilaei Universalis?

Sacra Poenitentiaria proposito dubio respondit:—*Affirmative*, ita tamen ut indulgentiae pro defunctis applicentur.

Datum Romae in S. Poenitentiaria die 12 Februarii 1900.

A. CARCANI S. P. Reg.

RESOLUCIONES DE LA SAGRADA CONGREGACIÓN DE RITOS

I

COMEN.—Rvms. Dominus Theodorus Valfré di Bonzo, Episcopus Comen. exoptans ut in sua Dioecesi praescriptiones liturgicae observentur, circa aliquas consuetudines ibidem vigentes sequentia dubia, pro declaratione, Sacrorum Rituum Congregationi humillime exposuit; nimirum:

Dubium I.—An Feria V in Coena Domini in Ecclesiis Parochialibus aliisque non Parochialibus celebrari possit Missa lecta vel cum cantu, quin peragantur functiones Feriae VI in Parasceve et Sabbati Sancti?

Dubium II.—An praedicta Missa legi vel decantari possit in Ecclesiis vel Oratoriis spectantibus ad Regulares, ad Seminaria et ad Pias Communitates?

Dubium III.—An publicae Fidelium adorationi proponi queat Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum etiam post Missam Praesanctificatorum?

Dubium IV.—An cum Hostia consecrata quae reserva-

tur pro dicta Missa Praesanctificatorum, reponi possit in urnula seu sepulcro pixis cum particulis consecratis si opus fuerit pro infirmis?

Et Sacra Rituum Congregatio ad relationem Secretarii, audito etiam voto Commissionis Liturgicae omnibusque perpensis, rescribendum censuit:

Ad I.—*In Ecclesiis Parochialibus ubi adest Fons baptismalis, serventur Rubricae Missalis et Decreta, adhibito Memoriali Rituum Benedicti Papae XIII pro functionibus praescriptis, si extet defectus sacrorum ministrorum et clericorum. In aliis vero Ecclesiis non Parochialibus, omitti potest functio Sabbati Sancti, non tamen illa Ferae VI in Parasceve; et fiat Sepulcrum: expetita facultate pro usu dicti Memorialis, si idem sacrorum ministrorum et clericorum defectus existat.*

Ad II.—*Affirmative, quoad Regulares proprie dictos, juxta Decretum sub N. 2799 diei 31 Augusti 1839: Negative, quoad Seminaria et Pias Communitates, nisi habeatur Apostolicum Indultum.*

Ad III et IV.—*Negative; et serventur Rubricae et Decreta.*

Atque ita rescripsit.

Die 9 Decembris 1899.—C. Ep. Praenest. CARD. MAZZELLA, S. R. C. Praef.—DIOMEDES PANICI, S. R. C. Secret.

II

ROMANA.—Academia Liturgica Romana sequentia dubia pro opportuna declaratione Sacrae Rituum Congregationi humiliter subjecit; scilicet:

Dubium I.—Utrum Episcopi, sive Dioecesani sive Titulares, Crucem pectoralem detectam gestare possint ubicumque degant?

Dubium II.—Utrum super sacras vestes eandem Crucem, vel saltem illius flocculum, gestare valeant in sacris functionibus?

Dubium III.—Utrum iidem Episcopi, dum lavant manus intra Missam privatam, tegere possint caput bireto et Mitram gestare in eadem Missa dum populo trinam benedictionem impertiunt?

Dubium IV.—Utrum sacrum Tabernaculum in interiori parte deauratum esse debeat vel saltem albo serico contectum; et utrum sit benedicendum, priusquam Sacra Eucharistia in illo recondatur?

Dubium V.—Pro clavibus, quae Ostiariis in eorum Ordinatione sunt tradendae, sufficit ne ut una tantum tradatur?

Dubium VI.—Permitti ne possunt in Ecclesiis lumina ex oleo, quae mensae altaris imminent et ardent etiam tempore Sacrificii?

Et Sacra Rituum Congregatio, omnibus mature perpensis auditoque voto Commissionis Liturgicae, respondere censuit:

Ad I.—*Affirmative.*

Ad II.—*Negative.*

Ad III.—*Negative in omnibus.*

Ad IV.—*Affirmative ad utramque partem.*

Ad V.—*Servetur, in praxi, Pontificale Romanum.*

Ad VI.—*Negative*

Atque ita rescripsit et servari mandavit.

Die 20 Junii 1899.—C. Ep. Praenest. CARD. MAZZELLA,
S. R. C. Praef.—DIOMEDES PANICI, S. R. C. Secret.

AVISO SOBRE SANTA VISITA

Los Sres. Párrocos y Ecónomos del Arciprestazgo de Armuña Alta se servirán ir preparando lo conveniente para recibir la Santa Pastoral Visita, por si fuera posible que se verificase en la segunda quincena de Junio. Oportunamente serán avisados de los días en que tenga lugar, reservando para cuando reciban segundo aviso aquellos preparativos que son fáciles de hacer á última hora.

Salamanca 1.º de Junio de 1900.

DR. PEDRO GARCÍA REPILA.

AVISO

Tengan los señores Párrocos la bondad de participar á los padres de los jóvenes que hacen privadamente los estudios de latín, que sus exámenes tendrán lugar en el Seminario Conciliar, desde el 25 del corriente mes de Junio.

LA SALUD DEL RMO. PRELADO

Toda la diócesis participará del gozo que nos inunda al saber lo mejorado y restablecido que ha vuelto nuestro Excelentísimo Prelado de las aguas de Villaharta (Córdoba), á donde se dirigió, por prescripción facultativa, en la semana de Pascua. La salud que venía quebrantándose en largo tiempo por fatigas prolongadas, va renovándose mediante el descanso y buen régimen. Las aguas referidas, tónicas y reconstituyentes, le han probado admirablemente, contribuyendo no poco los aires puros, la benignidad del clima y la naturaleza toda fragante de Sierra Morena, en cuyos collados brotan las saludables aguas, y se halla el establecimiento de Santa Elisa, honrado con la presencia de nuestro querido señor Obispo. Ha venido, por otra parte, en extremo agradecido á las atenciones que en dicho lugar le han prestado así los dueños, Viuda é hijos de Velarde, como el Director facultativo D. Tomás Ruiz. El Excmo. Sr. Obispo de Córdoba le visitó un día en las aguas, apesar de su ancianidad y la jornada que recorrió de 36 kilómetros en carruaje.

Gracias sean dadas á Dios por todos sus beneficios, y las enviamos muy expresivas á cuantos han obsequiado á nuestro Padre y Pastor, así como á los que se han interesado por su salud preciosa.

SALAMANCA.—Imp. de Calatrava, á cargo de L. Rodríguez. — Teléfono 4.